



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quomodo fanus Nicomedia Constantinopolim in Palatium translatum sit.  
Cap. LXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**



sibi calamitatem præcipuè accidisse putarent, seque ipsos quasi communi humanæ vitæ salute orbatos mirabiliter affigerent.

*Quomodo funus Nicomedia Constantinopolis  
in Palatium translatum sit.*

CAP. LXVI.

**H**IC milites arreptum cadaver aurea capsula includit, & undique purpurea veste contextum, Constantino-  
polim perducunt. Ibi tum in omnium magnificentis-  
simis imperatoriis ædibus celfo atque edito loco deponit:  
luminibusq; circum funus aurea super candelabra accensis  
admirabile spectaculum intuentibus præbebant, & sanè e-  
iusmodi, quale nunquam in tetrivallibus à condito mundo  
sub sole visum est. Nam intus in ipso ferè medio regij Pa-  
latij, excelsa & aurea capsula inclusum imperatoris corpus,  
imperiali apparatu, id est purpura & diademate ornatu per-  
multi circumfusi vigiles die noctuq; asservabant.

*Quomodo etiam mortuus à comitibus & cæteris  
perinde atque vivus honorabatur.*

CAP. LXVII.

**I**AM totius exercitus duces & comites, omniumq; prin-  
cipum cætus, quibus antea in more fuit Imperatorè ve-  
nerari: pristinum morem & consuetudinem conseruantes,  
statis temporibus introeantes, imperatorem in capsula ia-  
centem tanquam vivum etiam post mortem humi procum-  
bentes salutabant. Horum reuerentiam eodem pietatis of-  
ficio subsequutus est senatus, & omnes reliqui magistratus:  
Tum vero cuiusvis ordinis hominum etiam muliercularu  
& puerorum infinita turba ad idem spectaculum conflue-  
bat. Hæc per multos dies factitata: quòd exercitus confi-  
stere funus eo loco, & per se asservari constituerat, quoad  
eius filij reuersi, efferendo paterno per ipsos funere patrem  
suum honorassent. Solus vero iste beatus imperator etiam  
mortuus regnavit: Cùm ei soli post hominum memo-  
riam, vel ipso Deo authore, omnes qui solebant hono-  
res tanquam superstiti tribuerentur. Nam cum is so-  
lus ex omnibus Imperatoribus Regem omnium Deum  
& CHRISTVM eius, omnibus vitæ actionibus præ-

Qq 2

san-